



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institutio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amor Dei incitamenta sunt quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

facis, cum hilaritate facias, & tūc bene facis, si autem cum tristitia facit, fit de te bonum, non tu facis. dicit pater Augustinus.

Augus.

Amoris Dei incitamenta sunt quinque.

Primum est natura. Si natura pliter amat filius patrem, à quo habet partem corporis sui, quanto magis deum amare debet, qui corpus integrum, & animam ex nihilo fecit? Si parentes qui nos genuerunt diligimus, quanto magis parentum creatorem diligere habemus, auctoremq; nostrum summè uenerari? Amandus est genitor, sed præponendus est creator. Amandi sunt parentes, & amici, sed non plusquam Deus. Secundum quod hominem potest ad amandum Deum incitare, est, quia Deus hominem fecit. Vnde Ecclesiasticus dicit. In tota anima tua diligere eum qui te fecit. Et Augustinus. Miser ergo quantum diligere deum meum debeo, qui me fecit, cum non eram, de nihilo me fecit, & dedit mihi uiuere, sentire, discernere, ut semper esset apud

Ecc. 7.

Augus.

me suum memoriale? D. quoque
Bern. Bernardus ait. Parum ne tibi uide-
 tur? Hæc inquit cogita, qualem te
 fecit. Nempe secundum corpus,
 egregiam creaturam, secundum
 animam, magis imaginem creato-
 ris insignem, rationis participem,
 beatitudinis æternæ capacem. Item
Auguf. Augustinus dicit Belluas. Deus pro-
 stratas in faciem fecit, pastum que-
 rentes de terra, te in duos pedes
 erexit, non discordet cor tuum à
 facie tua. O, quàm magnum bene-
 ficium dedit Deus homini? Cui cor-
 pus integrumque animam tribuit.
 Quot enim membra sunt in corpo-
 re, tot beneficia inuenies magna.
 Si quis amisisset oculum, quantum
 eum diligeret, qui sibi illum resti-
 tueret? Etiam si quis eum amitte-
 re meruisset, quantum diligeret si-
 bi oculum conseruantem? Nec mi-
 nus amandus, diligendus est Deus,
 qui ab initio illum dedit, & qui tan-
 tum conseruauit, cum multoties
 eum contra deum exercendo, ip-
 sum amittere meruerit. Quod di-
 xi de oculo, de ceteris membris co-
 gita. Item si quis usum rationis ami-
 sisset, quantum amaret eum, qui si-
 bi illum restitueret? Quo modo igitur
 amandus est Deus, qui rationis
 usum

usum ab initio dedit? Et si mortem meruiffes, quantum illum diligeres, qui tibi eam restitueret, uel remitteret? Quo itaque pacto diligendus est ille, qui mirabiliter corpus, & animam coniunxit, & hanc coniunctionem tibi seruaui? cum peccando, mortem multotiens meruiffes? Vnde D. Bernardus dicit. Valde omnino mihi amandus est, per quem sum, uiuo, & sapio; dignus plane est morte, qui tibi domine Iesu recusat uinere. Tertium est, omnes creaturae. Vnde Casiodorus ait. Omnis te creatura operis tui bonitate collaudat. Et Augustinus dicit. Domine caelum & terra, mare & omnia, quae in eis sunt, dicunt mihi undique ut amem te, nec cessant dicere omnibus ut sint inexcusabiles. Vnde Iob inquit. Interroga iumenta, & docebunt te, & uolatilia caeli & indicabunt tibi; loquere terrae, & respondebit tibi, & narrabunt tibi pisces maris. Idcirco Augustinus ait. Mirum est, quo modo homo deum semper non laudat, cum omnis creatura ad eum laudandum inuitet. Quartum est, amor quem in nobis habuit. Vnde Paulus ad Corinthios ait. Caritas Christi urget nos. Et D.

Bern.
Casio.
Augus.
Iob. 12.
Augus.
2. Co. 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bern. Bernardus. Amore eterno protocas, suscitafque ad te amorem nostrum. **Auguf.** Augustinus quoque dicit, Amari se exigit, qui omnes amat, quia charitas est. Quod deus amet nos quatuor rationibus, in sequenti capitulo cognoscetur. Quintum est, bona quæ ex amore dei proueniunt. Require hoc in sequentibus.

Amor Dei in quatuor potest cognosci.

Primo. In hoc, quod ipse prior dilexit nos, sicut dicit **2. Ioã. 4.** Ioãnes. In hoc est charitas dei non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. **Auguf.** Vnde Aug. dicit. Docuisti nos amare te, cum tu prior dilexisti nos. Homo enim prius est amatus, ut diligentem postea diligeret, in quo multi nolunt imitari eum, nolunt prius amare aliquem, nisi prius ametur ab eo, nec bene facere alicui, nisi prius benefecerit eis. Contra quos dicebat Christus. Si diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis, nonne & publicani